



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis Prædicatorum

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Glossa Pauli de Leazaris super cap. Multorum, & ver. Illos.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13589**

posse omnino occulta, nisi illa sint expresse lege divina damnata, ut usura in qua damnatur spes occulta. de usu. consulti. Alij dicunt, quod si factum est publicum, sed occultum, quis fecerit, ligari potest per Ecclesiam, §. q. 1. quidam. de off. ord. si sacerdos. Si vero & factum & faciens sunt occulta, secus, ut in contrarijs. Sed utriusque dicto obuiant iura alleg. in princ. glo. quare de plano fateamur quod constitutio militantis Ecclesie ligat omnino occulta: non tamen nominatim de illis iudicat tribunal Ecclesie: immo ipsa Ecclesia, in quantum per hominem, iudicat hominem nominatim, & in quantum est colle Etio fidelium ligatos sic occultos habet pro solutis. de sent. excom. a nobis 2. & sic loquuntur contraria. Excommunicationis sententia. de suspensione nil dicit, quare videtur, quod ab illa superior possit absolueri. Dic contra. & ratio illius omissionis fuit, quia tempus habet determinatum: & ubi sic

A determinatum est, videtur, quod non possit superior absolueri, ut not. de elect. cupientes. §. ceterum. in glo. est ergo. Sed quid si tempus determinatum non esset? Videtur quod possint, ex quo superior non reseruat. de sen. excō. nuper. nec prohibet, ut infra de privileg. c. 1. ver. si qui. facit quod not. de reg. non solum. in fin. lib. 6. & quod dixi de solut. c. 2. in fi. secus si reseruasset. de testi. tam litteris. in fi. Mortis articulis. §. qui casus semper excipitur. in fra cap. proxi. de offi. ord. pastoralis. & vide quod ibi not. Et tunc. §. scilicet, quando in mortis articulo per Episcopum, vel presbyterum absoluitur: & hoc intelligo, si facultas est satisfaciendi: tempus hoc patitur: alia absoluetur cum cautione. facit infra cap. prox. de sepul. cap. vit. de sent. excom. a nobis. Manere. §. concor. eo. tit. c. vlt. in fi. lib. 6.

† Hec glossa Pauli & Zenzelini super his versiculis infra scriptis ponitur hic sicut habetur in Directorio Bononiensi manuscripto, de inde sequitur Io. And. sup Clem nolentes, &c.

GLOSSA PAULI DE LEAZARIIS IN CLEMENT. MULTORVM.

De heret. §. Propter quod, super vers. Vel tormentis exponere illos.

S V M M A R I V M.

- 1 An Episcopus per se, vel inquisitor possit testem torquere pro habenda veritate.
- 2 Elaborandum est iudici, ut veritatem inueniat.
- 3 An Inquisitor, uel Episcopus per se, possit testem falsum punire.
- 5 Vbi eadem est ratio, idem ius statui oportet. Inquisitor testem potest punire & torquere pro ueritate habenda contra tertium, secus si contra testem nouam formet instantiam.
- 6 Custodibus carcerum, de quibus prouentibus debeat Inquisitor, & Episcopus, prouidere.

**P**aulus de Leazaris super uerbo; Illos, dicit sic: illos, scilicet pro huiusmodi negotio inquisitos.

1 Aliud uidetur in testibus, si causa subsit eos torquendi: quia cum per se quilibet possit inquirere, poterit omnia ad illud necessaria, sine quibus illud non potest expediri. de offi. de leg. praterea, & c. prudentiam, vers. explorati. & ff. de iurisd. om. iud. l. 2.

2 Sed planum est, quod ad veritatem habendam debet index laborare, de probatio. quoniam. 14. q. 2. quanquam. 30. q. 5. iudicantem. 23. q. 8. occidit. de testi. cum causam. C. de iudi. iudices: cum concord. quam ab inuito, et suspecto aliter habere non potest. §. q. 5. illi. qui. ubi notatur de tormentis testium. ipsum ergo testem poterit Episcopus, & Inquisitor, & quilibet per se torquere.

3 Et eadem ratione videtur, quod eum possit extraordinarie puniri, si falso testimonio autem eius offendit durante iudicio. C. de testibus nullum. ad idem de pen. super his. & c. dilectus.

C 4 Sed contra uidetur, quia ratio, quae subsit in inquisito, subsit in teste: ergo crit idem ius in utroque, de translat. c. 2. cu cocor. & hac duo infra equiparantur: ibi: prauitate ipsam, vel impedimentum officij. Et si dicamus, quod Inquisitor non habet ordinariam, uidetur casus in autben. de testi. §. si uero. per hac parte facit, quia cum quilibet possit inquirere usque ad sententiam, et testes sint pars negotij de uerb. sign. for. cui licet totum, et pars. de reg. iuris. cui licet li. 6. §. Solutio primum uerum est, ubi testis uult torquere pro ueritate habenda contra Tertium desat: melius extraordinarie punire, & quam coram eo notorie delinquentem: facit quod not. de confessis. c. 2. & quod ibi notat Inno. & de iureiur. cum impositionibus. lib. 6. et iura sup. allegata, si uero format inquisitionem contra eum propter hoc, ita quod est noua instantia, cum testis sit nunc principalis inquisitus aliter per se non posset eum torquere: & sic intelligantur iura supra secundo allegata. Ad sententiam. condemnatoriam.

Idem Paulus super uerbo, Prouidebit, eiusdem clement.

**P**aulus super uerbo, Prouidebit, dicit sic: Et prouidebit de redditibus suis, non de parte prouentuum officio deputata: ut patet in extrauaganti Benedicti, Ex eo. §. uerum. & est simile de offi. fi. ord. quoniam. Inquisitor autem bene prouidebit de parte illorum prouentuum, ut patet ibidem.

Zenzelin. sup eo. uerbo, Prouidebit.

Item Zenzelinus super eodem sic dicit. Prouidebit etiam de suo: ut in extrauaganti Benedicti Papae xi. Ex eo quod. §. Verum.

† Eyme. 3. p. q. 73. ubi dixi.

† al. accessoria.

† Eyme. 3. p. in 12. mo processu termini. Zanch. de heret. c. 14. ubi Campegius.

† Secus si. de iur. & iur. c. 1. art. 4. Ab iur. doct. in c. cogitauerit. res. de constit.

† Eyme. 3. p. q. 73. ubi dixi.

† Eyme. 3. p. q. 73. ubi dixi.



**M**olentes.) Casus. Primo ponens constitutionis causam, determinat etatem Inquisitorum: Secundo punit Inquisitores, qui pretertextu officij pecuniam illicitis modis extorquent: vel ob delictum clericorum Ecclesiarum bona confiscant. Tertio, precipit notarijs, officialibus, & socijs, vt hec facientes reprehendant, & superioribus denuntient, si probare possunt. Quarto, prohibet Inquisitoribus abusum armorum, & circa quantitatem, & qualitatem officialium: partes patient. Joan. And.

Improbos. ] qui dederunt causam, merito huic constitutionis, & precedenti.

Caligine.) Et saia 5 in fi. Lux obtenebrata est in caligine.

Ex nunc, ac di dicat, deinceps. vel forsan voluit Papa per hoc quod haec pars constitutionis statim ligaret a tempore promulgationis, & non expectato lapsu duorum mensium, de quo dixi in prologo: non quo ad hoc, quod contra facientes hoc ignorantes, obligati essent ad culpam: sed quo ad hoc, vt contra factum non valeret: prius vero datos afficere non intendit.

Quadragesimum.) Concor. 20. quaestio 1. sanctorum. Et est mirandum, quod in Inquisitore maior aetas requiratur, quam in Episcopo, qui tamen Inquisitor est. & est simile de elect. nemo deinceps. lib. 6. & hoc est de arbitrarijs, de quibus non cogimur reddere rationem, vt scripsi de rescripto, si quando.

Committi.) per prelatos provinciales, vel ministros illorum ordinum quibus deputatio talium a sede Apostolica est commissis. Idem puto de Inquisitoribus ab Episcopis, vel capitulis sede vacante: vt ij quibus committunt habere debent hanc aetatem. Sed quid si contra fiat? certum est, quod puniendi sunt committentes, transgredientes hoc praecipitum: & vide quod no. de elect. generali §. illos. in vlt. glo. lib. 6. & licet hic non apponatur decretum: videtur tamen, quod non valeat commissio pro, & contra, de elect. licet canon. lib. 6. & vide quod ibi not. in glos. 2.

Ipforum.) commissarijs, quod est infra. Et per hoc, & per c. supra proxi. soluitur, quod olim dubitabatur, an Inquisitores possent committere & vices suas, & videbatur quod no. quia decret. ut commissi. in prin. eod. tit. lib. 6. permittit, vt committant citationes, & sententiarum denunciations: ultra illa ergo permissas committere no. poterant. de transla. c. 2. facit de offi. deleg. c. ult. §. vices quoque. ubi etiam conservator non committit nisi illa duo, videtur enim electa industria persona. de offi. deleg. c. is cui. lib. 6. Contra: quia siue ordinariam, siue delegatam iurisdictionem Inquisitor habeat, committere potest. Primum patet. Secundum, scilicet cum dicitur, delegatus: quod videtur verius per decr. per hoc eod. tit. lib. 6. pro & contra, eo. tit. ne aliqui. est tamen delegatus principis, & cum iurisdictione, non cum ministerio tantum, ergo committit, ita seruat. Dat ergo Inquisitores commissario, quos uocamus Vicearios, vel substitutos, supra eod. c. proxi. §. porro. &

**A** §. notarij. & §. uerum. Ad decret. ut commissi. respondetur, quod non loquitur negatiue, sicut illa, q. loquitur de conservatore, scilicet quod non possint illa duo committere: sed loquitur affirmatiue, scilicet quod illa duo committere possint, & de illis forte dubitabatur, quasi ante citationem non esset perpetua iurisdictionis, & per diffinitiuam esset functus suo officio. Ad primum, de offi. deleg. pastoralis. §. 1. Ad secundum eod. tit. in litteris.

Commisarius.) de Episcopis loqui non uidetur, & ideo licet etiam ipsi ab his debeant abstinere, pena tamen que sequitur, non habet locum in illis. con cor. infra uer. notarij. uoluit ergo dignitati deferre. de off. deleg. c. 2. lib. 6.

Prætextu.) ubi ergo non eo prætextu illicitè exit, licet malefaciat, non tamen est locus pena.

Officij.) & sic committit crimen concussionis. de quo 1. q. 1. ad fin. 2. q. 1. c. 2. in fin. & c. militare. & de immu. eccle. quia plerique tamen tales ab solui permittit infra restituendo simplicium tantum; cum tamen concussor soluat quadruplum. 18. dist. in. quoniam. in fine.

Illicitus.) penas pecuniarias & applicandas officio non prohibet imponi, & exigi, sed illicitas exactiones fieri. ff. de off. praesi. illicitas. in prin. de simo. in tantum. & c. audiuimus, & c. seq.

Pecuniam.) intelligo largè. 1. q. 3. per totum. Scienter. ignoranter ergo non tenet haec pena. simile supra ead. compil. de consan. & aff. c. unico. Ecclesiarum.) de bonis ergo clericorum proprijs, §. non prohibet. Et per hoc dico, quid si monachus p. esset Ecclesia, quod etiam eorum qua acquisiuit intuitu persona applicatio ista fieri non posset, cum enim impediende professione sibi non possit acquirere, & sic acquisita post possessionem ademptam, sint Ecclesiae. 18. q. 1. c. unico. de priu. cum olim 2. ergo etiam in illis est locus ei, quod hic dicitur, quod tamen in quodam Inquisitoris consilio ante hanc constitutionem clamare non profuit.

Delictum.) de reg. iur. delictum. cum suis con cor. lib. 6.

Ecclesia.) multo minus, sibiipsis, vel officialibus, vel fisco seculari, cui alias applicata sunt ipso iure bona laicorum damnatorum. de here. eod. tit. cum secundum. lib. 6. Et vide quod nor. de concess. praeben. quia diuersitatem. & quod ibi dixi super glos. antepenul.

Applicare.) idem verbum, de praeb. c. 3. probatur autem hoc eod. tit. excommunicamus. in prin. ubi bona clericorum damnatorum diuidi iubentur inter Ecclesias, a quibus beneficiati sunt.

In his.) duobus proximè dictis, scilicet de pecunia extorquenda: & de bonis Ecclesiae confiscandis; primum enim casum scilicet de aeta includi non puto: quod patet per sequentia: ibi, donec illis, & c. et.

Absolui.) per ordinarios, cum sibi non reseruet, de sent. excom. nuper.

In mortis articulo.) supra c. proxi. in fi. Satisfecerint.) si habent unde: alijs vero pauperas excusat. de usu. cum tu. de rap. c. 2. & vide quod no. de verb. sign. ex parte 3. in fi. 4. glos.

Remissionibus.) concord. de censibus exigit ad fi. ad

† Zauch. de heret. c. 19. & ibi Camporius.

† Eymet. 3. p. q. 112. ubi dixi plene.

† Satus li. 1. de iust. & in. c. 1. art. 4. Ab hoc doct. in cognoscen. res. de consili.

† Eymet. 3. p. c. 1. art. 4. de iur. c. 1.

† Eymet. 3. p. q. 112. & sic.

fi. de rescri. Statutu. circa fi. li. 6. & adde q. ibi not. A  
Commiffarios. Nil dicit de Episcopis, uel etiam  
supra dixi; & facit uerbum, pr. elatis.

Talia. In alijs ergo non habet locu q. sequitur.  
Corrigere. In quantum in eis est: uel id est, corri-  
pere quod possunt, sed non corrigere: manus compri-  
mere possunt, sed non animum mutare. 47. dist. 5.  
necesse. in fi. Ioan. And.

Secreto. 2. q. 1. si peccauerit.  
Valent. In alia staceat. 2. q. 7. plerumque. Io. And.  
Amouere. licet pr. elatus Inquisitoris, scilicet  
provincialis, illu ab officio remouere t. possit, ut hic  
patet, iurisdictio tamen Inquisitoris no. ab ipso pre-  
lato, sed a Papa immediate dependet: ut solus actus  
committendi, uel remouendi pendeat penes illu. &  
hac patet in priuilegijs officij. ex quo sequitur, quod  
B corrigere, uel alterare non possit facta per illum  
uirtute officij: sed illum amouere punit, ut hic.

† Eym. 3. p.  
q. 9. ubi dixi.  
† Eym. 3. p.  
q. 8.

Teneantur. non dicit possint.  
Prædictos. notarios, officiales, & socios. Ioan.

And.  
Quibus. ordinarijs locorum.  
Perferant. de statu reg. c. vlt. de cle. agro. cap.  
vnico. §. si autem. lib. 6.

Concessione. facta per priuilegia officij, ut ha-  
bere possint officiales armatos. †

Exequenda. sint enim tales, qui uelint & pos-  
sint officio deservire. simile de pr. ab. super ordinata  
de clerici. non resi. c. 3. & 4.

Cap. III. sup. fol. 113.

A D nostrum. Casus. Dñat scilicet Begardo-  
rum, & Beguinarum Alemannie, & cetera. †  
Cetera omnia que sequuntur in glossa con-  
cernunt magis Theologiam, & ideo recurren-  
dum est ad illam.

# EX CONCILIO TARRACON.

EXCERPTA EX CONCILIO TARRACONENSI  
pro officio Inquisitionis hereticæ prauitatis: cui Concilio interfuit vene-  
rabilis pater frater Raymundus de Pegnaforte.

Attendendum tamen, quòd nondum erant in prouincia Tarraconensi Inquisitores,  
nec Sextus, nec Clementina, nec Consultata ad Inquisitores,



M nos Petrus miseratione  
diuina Archiepiscopus Tarraco-  
nensis Inquisitionem inca-  
pata per bona memoria B. Bar-  
chinon. Episcopi contra ha-  
reticam prauitatem in ciuitate  
Barchin. uellemus effectui ma-  
ci pare, tinter Iu-  
risperitos, qui nobiscu a-  
derat, dubitationes hinc  
inde varia emerferunt. Quare,  
ut circa factum heresis,  
Inquisitionis de cetero fida in  
provincia Tarraconensi clari-  
us procedatur, collationi-  
bus inde factis cum venerabili  
fratre Raymundo de Pegnaforte  
Penitentiarario Domini Papæ,  
& alijs prudibus, in processu  
sententiarum hereticorum,  
fautoru, suspectoru, relapso-  
rum, & penitentiu eorum  
secundum discretionem nobis  
a Domino datam, ita duximus  
procedendum.

† Id est, man-  
dare,

In primis quaritur: qui dicatur heretici, qui  
suspecti, qui credetes, qui fautores, q. receptato-  
res, qui defensores, & qui relapsi: cum h. ista ge-  
nera hominum in canone complicantur. Et uide-  
tur quod heretici sunt, qui in suo errore pdurati:  
sicut sunt Inzabbatati, tqui dicunt in aliquo ca-  
su non esse iurandum: Et potestatis ecclesias-  
ticis uel secularibus non esse obediendum: Et  
pena corporale non esse infligendam in aliquo

† De inzabba-  
tatis Eym.  
hac. 2. p. q. 14.

C casu, & similia.  
Credentes t. uero dictis heresibus similiter he-  
retici sunt dicendi.

Suspectus t. de heresi potest dici, qui audit pre-  
dicationem, uel lectionem Inzabbatoru: uel  
qui flexit genua orando cum eis: uel qui dedit  
oculu eis: uel qui credit ipsos Inzabbatos esse  
bonos homines, uel similia, qua possunt pbabili-  
ter suspicionem inducere. Et potest dici sus-  
pectus simpliciter esse, qui semel orauit, uel alteru  
fecit de predictis, cum eis. Si uero pluries audi-  
uisset predicationem, uel lectionem, uel orasset,  
uel aliquid aliud de predictis fecisset cum eis,  
posset dici uehementer suspectus. Si autem pre-  
dicta omnia fecisset, maxime si pluries, posset ue-  
hemensimè dici suspectus. Ista ideo dicimus, ut  
discretus iudex purgationem possit grauare, uel  
moderare, prout magis uisum fuerit expedire.

Celatores credimus eos, q. uiderut Inzabbata-  
tos in platea, uel in domo, uel in alio loco, & cog-  
nouerut eos Inzabbatos, & no reuelauerunt  
eos, eum haberet apitudinē reuelandi eos Ecclesie  
uel Iustitie, t. uel alijs qui possent eos capere.

Occultores dicimus, qui fecerunt pactum  
de non reuelando hereticos, uel Inzabbatos:  
uel alias procurauerunt, quod non reuelarentur.

Rece-